



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VI. Varij modi diuitiarum acquirendarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

ἡ δὲ αὐτὴ γὰρ, ὡς περ καὶ ταῖς αὐτῶν τῶν αἰσ. ἔδεν γὰρ ὅργανον
ἀπειρὸν ἔδεν μὲν ἐστὶ τῶν αἰσ., ὅτε πάλιν, ὅτε μετὰ τῶν. ὁ δὲ
πάλιν ὅτε ὅρα, ὅν ἐστιν ἐστὶν ὁικονομικῶν καὶ πολιτικῶν.
Videntur vero ex his vera diuitia constare; quæ est enim ex hac
possessione sufficientia ad beatam vitam non est infinita, quæ
admodum versu Solon expressit:

Diuitiarum terminus nullus constitutus est homi-
nibus. Est enim terminus, ut ceteris artibus; Nullum
enim vilius artis est infinitum instrumentum, nec
multitudine, nec magnitudine. Diuitiæ autem sunt
multitudo instrumentorum æconomicorum, & poli-
ticorum. Plurimis autem instrumentis Resp. opus
habet, quocirca nisi prædæ esse malit, temporis illa
comparanda sunt.

Expedit ad-
ministrare
se diuites.

§.7. Nec modo principem siue Rempubl. esse di-
uitem debere cõtendo, sed administratos quoque; non
quod diuites inidoneos ad gubernacula adhibendos
iudicem, hinc enim mala illa sequuntur, quæ prudẽ-
ter Gregor. Tolosan. notauit l. 5. c. 1. §. 25. Paucorum rur-
sum reipubl. institutionem, dicit Plato eam potentiam, in qua
magistratus a censu estimatione ciuibz tribuuntur, & in qua
diuites dominantur, pauperibus vero nulla est reipub. commu-
nio: sic quo magis pecunie & census honores dant, eo magis vi-
lus virtus efficitur, & alii aliorum exemplo magis cumulantis
pecunie quæ bonis moribus, intenti sunt: & boni pauperes ex-
cluduntur. hincq; & sequitur illius reipub. corruptio, non secus
ac tuta nauis a periculo naufragii nõ est, in qua diues gubernati-
oni præstitit, ignarus artis, & inops gubernandi peritior ne-
quaquam admittitur. Incipiunt & deinceps breui esse ex vna
dua reipub. vna diuitum, alia pauperum: & semper accidit ita
homines intra eadem mœnia habitantes sibi inuicem insidiari.
Sequitur & malum aliud, quod semper diuites tenuiorum fa-
cultatibus inbiant, vsuris premunt, cogunt vendere, reddunt o-
mnino mendicos, fures, latrones, prædatores, & tandem coniu-
ratores seduciosos, & rempublicam occupantes. Sed institui,
seligiq; velim; nam illi possunt iuuare Remp. & quia
honoris, gubernationisq; sunt participes, etiã volunt.

CAPVT VI.

Varij modi diuitiarum conquirendarum.

Principes et
iam auaros
pecunia de-
ficit.

§.1. CVM sit naturale acquirẽdi studium, faciliuf-
que multi principes inueniantur, qui auari-
tia, & cupiditate prolabantur, quam qui ad liberali-
tatem propendunt, etiam illi, qui liberales & magni-
fici haberi desiderant; nã tales importunius exigunt,
quæ non bene collocant, mirum tamen est, frequen-
ter fieri, ut maximis imperijs pecunie defint; de an-
gustijs ararij Romani perpetuæ querelæ leguntur. Per-
fatum reges inter montes aureos in bello cõtra Græ-
cos pecunia deficiebat, & qua vna re superiores erāt,
ea vna vincebantur, nunc quoq; idem nostro tempo-
re accidisse videmus pecuniosissimis Hispaniarũ reg-
ibus, multæ occasiones omisissæ, multæ clades acce-
ptæ, militum varię seditiones ob dilata, vel non solu-
ta stipendia, cum tamen interim Hollandiæ ordines
plerumq; militem in officio continuerint. In imperio
quoq; Romano didicimus experiẽtiã quosdam prin-
cipes, non magnis finibus imperantes collegisse the-
sauros, cum alij interim quæ multis partibus latiora
sunt dominia, perpetua inopia conficerentur. Consi-
derentur acta duorũ insignium in Germania præsu-
lum, & Principum; Julij Wirtzburgensis, & Theodo-
ri Paderbornensis, vterq; arces, Academiã, templã e-
rexit, ararium pecunia, apothecas commeatu intru-
xit, oppignorata recuperauit, noua adiecit, vtriusq; e-
nim Episcopatus incrementa tanta sunt, vt ex eo quod
addiderũt, alij princeps alius possit. Cum interim alij,
nec maiore splendore excedẽtes aulæ, nec pressi bel-
lo, ditiores opulentes alieno ære grauauerint. Mi-

NB.

Par nobile
principum
nostri sæculi

randum magnopere circa annum Christi 800. accifo-
iam admodum imperio orientali, regnante Basilio, tan-
tas tamen diuitias fuisse, quantas vix in toto imperio Ro-
mano nisi valde florent. Zonaras refert impleretur Aerar-
ium, & ipsos aditus, viasq; pecuniis cõfertim stipatis. Habuit,
inquit, in thesauris ducenta millia talentum auri. Nam alte-
rius pecunie nec numerus iniri poterat, adeo vt terra eam info-
deret, arariis aut repositoriis vtiq; repletis. Quin & arcus ha-
buit lapillis gemisq; pretiosis plenas, cum aliis, tũ illis, quæ can-
dent, & quas margaritas proprie appellamus. In quibus du-
centa illa millia talentum auri, quid reddunt? ipsos
mille & ducentos milliones. Mille & ducentos mil-
liones si quis nunc rex possideat, facile si vi velit mũ-
di imperium obtinebit. Benjamin Iudeus circa an. 1200.
Constantinopolim vidit, & narrat. In ea vrbe, inquit, vidi res
atq; opes inenarrabiles. Deferuntur enim in Principis palatũ
quotianis tributa, quibus turres implentur coccinea purpureaq;
veste, & auro: ita vt nullibi terrarum par congesta pecunia ex-
emplum reperiri possit. Affirmatur etiam ipsius solius vrbs ve-
tigal, ex foris vanalium, & portu ac mercatorum pensionibus
collectum, ad viginti millia aureorum in singulos dies accedere.
Hæc considerans ratione, & quæ totolias conficien-
darum opum tradere animus est, nõ quod quaestores,
& consiliarij principum non plures norint, sed quia
non meliores; dum enim festinant erarium, ac sese di-
tare, Rempubl. exaruant, cum enim sumptus magni
sint, cum Resp. maximo præsidio egeat, tanquam va-
stum corpus copioso alimento, id accelerare student,
efficiuntq; ex voracitate, & tuberculatione morbos,
& quidẽ multo periculosiores, quã sint ex abstinentia,
& parcitate. Nũmus decim' in Belgio rebellionis oc-
casio fuit, at nũc si quæras ex fœderatis de 10. nũmo,
vere respondebũt; bene fecũt agi, si 10. nũmũ retineat.

§.2. Ratio augendi ararij vel est honesta, vel inho-
nesta. Honestã quoq; triplex est; Honestã & onerosa
subditis, vt tributa. Honestã, & non onerosa subditis,
vt accurata acceptorum, & expensorum ratio. Hone-
sta & vtilis subditis, vt leges sumptuariæ, agricultura,
mutuum. Improbã quoq; praxis & fraudulẽta quæ
triplex est. Alia enim aperte iniqua est, & publi-
cum furtum, vt vñra, iniqua oppressiones; alia non
quidem iniqua est, sed odiosa tamen, nec decet prin-
cipem. Vt si legem feras, ne quis vestem sericam tulif-
se velit, deinde dissimules, donec violari libere lex in-
cipiat, interea transgressores per Coryceos tibi annota-
tos multâ punias. Alia nec iniusta, nec odiosa, sed for-
dida, & contemptum adducens. Vt cum Vespasianus
vestigal vinarium collegit. Possunt quoq; in hone-
sto tributo, alijsq; aliqua interuenire, quæ iniustitiam
adferunt, imo in illis quæ nec grauiora, & vtilia sunt, fie-
ri quædam odiosa, & videri velut fordida.

Hinc generales regulæ principi seruandæ sunt.
1. Nunquam per iniuriam a subditis teruncium exi-
gendum: nam ad restitutionem tenetur & princeps,
& consiliarij auctores. 2. Cum iuste exigitur pecunia,
sed odiose, & cum infamia, & nota aliqua, nõ nisi ne-
cessitate eo modo vtendum est; plus enim odio nocet,
quam compendio proficitur. 3. Cum lucrum est
sordidum, mediocri necessitate, sit honestũ. cur enim
non vendas lotium vt subditus defendatur, ne pau-
per moriatur? 4. Inter honesta genera ararij ditandi,
id primum amplectendum est, quod publice & priua-
tim conducit, vt eadem opera, princeps, & subditi di-
tescant. 5. Secũdo amplectendus ille modus, qui pro-
dest Reip. & nulli priuato obest, qualis est ille de ra-
tionibus exigendis. 6. Vltimo deniq; veniendum ad
hoc, vt etiam subditi grauentur, ne resp. detrimentũ
patiatur. ita tamẽ vt omnes cognoscant, non cognati
principis, aut eius voluptatibus, sed vniuersi quique
cõmodis impendi. Grauißimas exactiones in Hollã-
diã suasit Barneuelti, cũ diceret: præstat grauari patriã,
quam amitti, vt fatetur in Apologia, cum inter illa gra-
uam;

Lipßius de
magnitud.
Imp. Rom.

Tantum o-
pum in par-
uo imperio,
quantum o-
lim vix in
magnis.

Com-
per-
niunt
pen-

Ser-
uati
infi-

Honestissi-
mi lucra,
quædam in-
terueniunt
inhonestis.

Regule gene-
rales exigẽ-
de pecunia.

Specie
non est
tima

Mim-
rege

uamina, & ex grauium opes immensas & ille, & alij collegerint. Sed nunc singula videamus.

CAPVT VII.

Tributa legitime pendi, eorumque modus.

ARGVTE veteres pecuniae custodem posuere Saturnum, pigrum, tardum, morosum, qui anno magno vix semel arcam recludat; collectioni vero quemadmodum omni lucro Mercurium; ille enim superis pariter gratus, & imis, rapido velocior Euro cum plantaria induit, terras, maria, inferos ad ipsos excurret, interdum caelos ipsos licitatur, vndiq; congerit; quod nunquam saturata auiditas Saturni recondat. ita est, ad omnem motum, ad omnem occasionem tributa dicunt rerum auidi aulici; & cum virgula sua discurrent Mercurij: de hoc igitur praesidio, non exspoliatio Reipublicae dicamus.

§. 2. Tributa imperandi potestas Reipublicae est concessa, hoc est illi, quae suprema est. Roma senatus ius monetae eudendae usurpabat, ideoque & inscriptio erat, S. C. Hoc est, Senatus consulto, commissa deinde res triumuiris monetilibus, nummum illi sua auctoritate signabant, indicabantque; hisce elementis III. viri A. A. A. F. F. Triumviri auro, argento, aere flando, feriundo. Huic facultati olim erat additum ius tributum imperandi. Est autem hoc ius maiestatis, nemo enim praeter summum magistratum tributa, aut actiones potest exigere. I. 3. c. noua Vectig. instit. non posse. Hoc ius olim nequaquam ciuitatibus communicatum est. Nunc prope omnes principes, & liberae ciuitates ea vtuntur. Sed mihi non de iure, quod liquidum est, sed de modo agendum.

§. 3. Vectigalia consueta, mediocria, agri publici, tributa non sunt dimittenda, quamuis decuplo amplius annue conferant, quam in vias, pontes, magistratus, proemia vitorum fortium infumatur. Nam vnus belli apparatus plus auferet, quam multorum pax annorum. Cicero ad Atticum vectigalium immutationem queritur, portoria Italiae sublata, instantem campani agri diuisionem, etiam vicissimam auferendam. Honorius, & Arcadius, Theodosius, & Valentinianus, ne vectigalia minuerentur, prouiderunt. Nero impetu nueni tentauit, sed a prudentibus repressus est, Tac. l. 13. ann. dicitabant enim fore, vt vis imperij frangeretur; at illam cogitationem facile excusserunt liberti, qui ad praedam cum inflamarunt.

§. 4. Causa vectigalium debet esse iusta, ita Notitia causa uell. l. 49. Si quis illorum, scilicet magistratum, aut in publicorum tributorum exactione negligenter se gesserit, aut collatores nostros damnis, contumeliosisue oblationibus inuoluerit, simul bonis excidet, simul summo subiicietur supplicio. Etenim Deo auspice, hoc vnum nobis studio est, vt prouincia bonis legibus regatur, tutosque habitentur, atque praesidium iustitiae fruatur. & publica tributa citra querelam inferantur. Impossibile enim est vt sacris tributis non illatis aliqui Reipublicae conferantur. Militares namque copiae, assignato sibi salario inde percepto, hostibus resistunt, & collatores a barbarorum incursionibus & truculentia vindicant: denique agros atque ciuitates a latronum aliquemodo incompositam vitam sectantur, vt & irruptionibus, agendis excubiis defendunt: ex illis etiam reliqua cohortes, ea quae ipsis attributa sunt, accipiunt: muri atque ciuitates itidem instaurantur: publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt: postremo spectacula, aliaeque omnia, quae ad delectationem singulorum inuenta sunt, ex iisdem curantur: vt quae ab illis contribuantur, partim in ipsos, partim propter ipsos infumantur & impendantur: nobis autem nihil praeter istarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, cum magnus ille Deus, & seruator noster Iesus Christus magnitudine clementiae suae, permulctis propter hoc nos bonis remuneretur.

Et Nouel. 161. c. de prouinciarum praesidibus c. 2. §. Atque vt hac ita caueremus lege, ex eo nobis in mentem venit, quod

pluribus a nobis sit subditorum opulentia & medela quam reditus, qui exinde inferuntur imperio. Contrahimus enim vna cum largitionibus, praesidium in arctum ipsa etiam suffragia, quae imperialibus inferuntur rationibus: & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quo magis hac causa & reipublica meliore successu potitur, & locupletior redeat aliquot retro temporibus, a nonnullis excogitatis praestationibus liberata. Vna enim haec res potentia nostra studio est, vt prouincia & bonis gubernetur legibus, & tuto inhabitetur, neque non ex praesidium iustitiae fructum capiant, & tributa publica sine querela inferantur: neque enim aliter conseruare licet Rempublicam, nisi pientissime praestationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriantur copia, vt resistatur hostibus, & per agros ac vrbes agantur excubiae: perfruuntur item reliqui ordines attributis sibi salariis, reparatur quoque muri & vrbes, denique omnia alia proueniunt, quae commune subditorum vtilitati conseruat.

Princeps enim cum praesideat corpori tanquam caput, ratione, & amore in accipiendis a ceteris membris annona vti debet; meminisse, se a membris portari, illis languentibus esse se casurum.

Non enim aliud conferre tenentur subditi, quam quod honestae principis sustentationi, & Reip. praesidio satis est. Nam magistratus tributum accipiunt, vt praesides, & defensores iustitiae, nec enim voluntas ea est populi, nec prudenter esse potest, vt tantas opes, nulla, vel exigua sua vtilitate conferant. Recte autem monet & Theologiae & iuris scientissimus Ioannes de Salas de legib. tract. 14. disp. 15. sect. 10. Difficilimum esse iudicare de iustitia tributum. Difficilimum autem est iudicare, iniustum esse tributum a legitimo principis subditis non exemptis, quia non possunt priuati omnes iudicare de causa, quae principem mouit ad imponendum tributum: saepe enim est occulta, & iusta: saepe etiam videri potest cessasse, quia temporalis erat, vel certe quia non mandatur executioni, prout statutum vel promissum erat, & nihilominus tributum non statim est iniustum, vel quia alia causa exorta est: vel quia Princeps aliis actionibus, vel oneribus vexatus cogitur cessare ab vno opere, vt aliud magis virgens efficiatur. Deinde ex defectu solius distributionis difficile est damnare tributum, tum quia vix constare potest de forma distribuendi, quando tributum in aliqua materia simpliciter imponitur, & accidentarium est ab illis, vel illis vendi, aut emi: tum etiam, quia si quid maioris oneris redderet in quasdam personas ex aliquo tributo, solet per alia compensari, vt augendo pretium aliarum rerum. Vnde sola incertitudo causa, & aliarum conditionum ad iustitiam tributum requisitarum non satis est, vt cesset obligatio soluedi tributum, quia cognitio horum non pertinet ad personas oēs particulares, & Princeps, qui habet prudentiam vniuersalem, multis iustis rationibus moueri potest, quae non facile possunt ceteris innotescere: vnde dico, dubium mere negatiuum per se non satis esse ad excusandum a solutione tributum. Saepe enim fundatur in sola ignorantia rationum vel conditionum tributum, quod satis non est ob rationem factam, & quia in dubio praesumitur pro principe, nisi alias constet esse tyrannum: & alias populares homines obligari non poterunt: quia ex se semper dubitabunt, nisi in fide maiorum fundentur. Itaque in incommode cauit Iulian. ne per indulgentias tributa concederentur. Si enim nihil vnquam contribuant, vix bellum geri poterit.

§. 5. Cum opus est tributo nouo, paruis potius summis diuidatur, ita n. nec graue est, & minor est causa grauius. sagacibus ad furta ministris. Cypselus impio se voto obstrinxerat, omnes Corinthiorum fortunas se sacratum, leni tamen imperio id fecit, nam decimam sacrauit, atque ita decimo demum anno se voto exoluit. itaque iniustum tributum fuit etiam ex modo petendi, quod Antonio pendebatur ab Asia, cum ait: Ne vrbeb. (Appian. l. 5. ciuil.) agrum pellamini, pecunia data est in vsum militum: nec ea maxima, sed quae audita libenter acquiescat. Deditis hostibus nostris, Caspio & Bruto, in duobus annis tributa decem annorum: ea succerim: & nobis, nisi quod danda sunt in vno anno. Exemplo fuit C. Sulla, qui bello Mithridatico imperauit quinque annorum vectigalia, sed statim danda.

Difficile est damnare vectigalia.

Iudicium de iustitia tributorum.

Crebra sint potius quam grauius.